

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Sermo in dedicatione basilicae sancti Augustini episcopi

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

sponsa. tamquam si omnib.
 xpianis in ecclesiam concurren-
 tibus filii ad matrem currere
 dicantur cum ipsis filius con-
 gregatis constet ea qua dicitur
 mater. Nunc enim de-
 sponsata est ecclesia et uirgo
 est ad nuptias perducenda.
 Id est cum se continet a corru-
 ptione saeculari. Illo autē
 tempore nubet quo uniuersa
 mortalitate praeter eunte
 in mortali coniunctione fac-
 tatur. Desponsauit inquit
 uos uni uiro uirginem castā
 exhibere xpo. Uos inquit
 uirginem a plurali ad singu-
 larem concludens. ideo et uir-
 gines dici possunt et uirgo.
 Cur autē quinque dictae sunt ut
 mihi uideatur expositum est.
 Sed uidemus nunc in enigmate
 tunc autē facie ad faciem. et
 nunc ex parte. tunc autē ex toto.

Ipsum autē in enigmate et ex par-
 te nunc in scripturis aliquid
 cernere. quod tamen sit secun-
 dum catholicam fidem. ex illo
 pignore contigit quod acce-
 pit uirgo ecclesia humili ad-
 uentu sponsi sui. Quae illo
 ultimo aduentu cum ueniet
 in claritate nuptura est. cū
 iam facie ad faciem contuebitur.

Dedit enim nobis pignus spm.
 sicut dicit apostolus. Et ideo
 ista expositio nihil certum in-
 tuetur nisi ut secundum fidem
 sit. neque alius praedicat que
 nihilominus secundum fidem
 esse poterit.

SERMO IN DEDIC

BASILICAE SCI

AUGUSTINI EPI.

VOTI

ENS CUMQ.

FRS KARISSIMI



Altaris uel templi festiuitate
colimus. si fideliter et diligen-
ter attendimus. et sic ac iuste
uiuimus. quicquid in templis
manufactis agitur. totum in
nobis spiritali aedificatione
completur. Non enim men-
titus est ille qui dixit. Tem-
plum enim dei sanctum est. quod
estis uos. Et iterum. Nescitis.
quia corpora uestra templum
est spiritus sancti. Et ideo fratres carissimi. quia
nullis precedentibus meritis. nisi per gratiam dei meruimus
fieri templum dei. quantum
possumus. in ipsius adiuto-
rio laboremus. ne deus noster in
templo suo. hoc est in nobis
ipsis inueniat quod oculos
suae maiestatis offendat.
Sed habitaculum cordis nostri
euacuetur uitiis. et uirtutibus
repleatur. Claudatur dia-
bolo. et aperatur christo. et
ita laboremus. ut nobis bonorum

operum clauibus. ianuam regni
caelestis aperire possimus.
Sicut enim malis operibus qua-
si quibusdam seris ac uectibus.
uitae nobis ianua clauditur.
ita absque dubio bonis operibus
aperitur. Et ideo fratres carissimi
unusquisque. consideret con-
scientiam suam. et quando se
aliquo crimine uulneratum
esse cognouerit. prius orati-
onibus. ieiuniis. uel elemosi-
nis studeat mundare consci-
entiam suam. et sic eucharisti-
am praesumat accipere.
Si enim agnoscens reatum suum.
ipse se ad uino altari subdu-
xerit. cito ad indulgentiam
diuinae misericordiae per-
ueniet. Quia sicut qui se
exaltat humiliabitur. ita
e contrario qui se humiliat
exaltabitur. Qui enim sicut
dixi agnoscens reatum suum.

ipse se humiliter ab altari
 ecclesiae pro emendatione
 uitae remouere uoluerit.
 Ab aeterno illo et caelesti con-
 uuiuo. excommunicari pe-
 nitus non timebit. Rogo
 uos fr̄. diligenter attendite.
 si ad mensam cuiuscumq. po-
 tentis hominis. nemo praesu-
 mit cum uestibus consuffis et
 inquinatis accedere. quanto
 magis ad conuiuium aeterni re-
 gis. id est ab altare dñi debet
 se unusquisq. inuidiae. uel
 odii ueneno percussus. iracun-
 diae furore repletus. cum re-
 uerentia et humilitate sub-
 trahere. propter illud quod
 scriptum est. Uade prius re-
 conciliare fr̄ tuo. et tunc
 ueniens offeres munus tuū.
 Et iterum. Amice. quomodo
 huc intrasti non habens ueste
 nuptialem. Hoc enim ha-

bet textus euangelice lectionis.
 Qd̄ quidā fecerit nuptias filio suo.
 & intrauerit ut uideret & simul recuben-
 tes. et uides hominē nō habens ueste
 nuptialem dixit ad eū dñs ecce quomodo
 huc intrasti nō habens ueste nuptialem.
 Et illo obmutescens dixit ministris.
 Ligate illi manus et pedes. et
 proicite eum in tenebras exte-
 riores. ibi erit fletus et stridor
 dentium. Ecce qualem sen-
 tentiam merebitur audire
 qui ad conuiuium nuptiale
 id est ad altare dñi. aut ebrio-
 sus aut adulter aut odium
 in corde retinens praesumit
 accedere. Auertat hoc ano-
 bis dñs fr̄ km̄. et concedat ut
 mala ista aut numquam ueli-
 mus admittere. aut si admissa
 fuerint. sine ulla mora. poeni-
 tentia uel pace studeamus sa-
 nare. et largioribus elemosi-
 nis festinemus abluere. Ne

forte sicum peccatorum uul-
neribus ante tribunal ae-
terni iudicis uenerimus. ab
illa aeterna ecclesia. et ab
illa caelesti hierusalem per-
petua excommunicatione
separemur. Haec ergo cogi-
tantes frs kmi. tam casti &
tam sobrii. et tam pacifici
ad istud altare. do auxili-
ante studeamus accedere. ut
ab illo aeterno altari non
mereamur excludi. Qui enim
ad istud altare. casto corpo-
re. et mundo corde. cum se-
cura et munda conscientia
uenerit. ad illud altare qd
in caelis est. felici transmi-
gratione perueniet.

ITEM UNDE SUP
SERMO BEATI AUG VI.
EPI.

RECTE
FESTA ECCLESIAE
colunt. qui
se ecclesiae
filios esse
cognoscunt. Haec
enim omnium credentium
mater est. quae natos ad mor-
tem. regenerat ad salutem.
Haec est post synagogam qui-
dem uocata. sed ante syna-
gogam promissa. Haec enim
iam in primo homine praesi-
gurata est. Nam sicut ex
adae latere fabricata est eua.
ita ex xpi corpore et uulnere.
redempta creuit ecclesia.
Haec intra arcam diluuii ex-
undante seruata. crucis be-
neficium et baptismatis my-
sterium praesignauit. Hanc
sara sterilis et desperata in
senectute. unico pignore